



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 9. Pecunia iniustè acquisita, vtiliter perdata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](#)

2. Reg.  
14. 26.

S Chry-  
st. hom.  
7. de pœ-  
nit.

grauasse, eaq; propter tondebatur, & quan-  
do tondebat capillum, ait (semel autem in annis  
tondebatur, quia grauabat eum casaries) pon-  
derabat capilloes capitis sui ducentis siccis, ponda-  
re publico, id est, ducentis vncijs. Tales sunt  
divitiæ, & onerant, & ligant, atque idcir-  
co pili faciendæ, & rondere. Quocirca  
rectè monet Chrysostomus: *Superflua quoq;  
amputa, & fac pauperibus supplementum.*  
*Nam si calceamenta quis supramensuram pe-  
dibus adegerit, itinere certè prolixiore sentit  
impedimenta; & vestimentum induens corporis  
staturam excedens eodem implicabitur modo.*  
*Quòd si superfluum ubiq; inutile est, in pecunia  
fortius multò: & qui supra quod satis est, ha-  
bent, non modo in ipsa sufficientia, sed in quibus-  
dam necessarijs impeditur. Nam qui deforū  
in agone currunt, & ipsa exuunt vestimenta;  
viam verò in calum ferentem, & eamdem ar-  
etiam, & arduam tot cum impedimentis, que  
modo poteris ambulare? Veloci enim & expe-  
dito cuiquam panè impossibile est consequi salve-  
rem.*

### §. IX.

*Pecunia iniuste acquisita, utiliter perdita.*  
*Quam vt nonnulli consequantur, sin-  
gulari beneficio Deus ab eis opes, tamquam  
onera*

onera & laqueos, aufert, vt ostendat, non  
solùm male parta, male dilabi; sed etiam  
utiliter amitti, quod acquisitum est flagitio-  
sè. In quam rem D. Gregorius Turonensis  
hanc historiā memorat. *Quidam apud Lug-*  
*dunensem urbem vix ita laborans, ut unum*  
*trientem posset habere, accensus auri execrabi-*  
*lis sacra fame, voluit per eam sacculi ora reple-*  
*re, iuxta illum Prudentij nostri versiculum:*

S. Greg.  
Turon.  
de glor.

Confess.

C. 109.

*Auri namq; fames parto conquiritur aura.*  
Igitur de hoc triente vinum comparat, admix-  
tuq; aquis, iterum per argenteos venumdans  
duplat pecuniam. Hoc iterum atq; iterum agit,  
& tam diu turpis lucri secutor est factus, usque-  
quo centum solidos de hoc triente lucraretur.  
Sed judicium Dei confutauit lucra diaboli. Con-  
gerens enim auarus negotiator aurum in saccu-  
lum, possessurus pecuniam unius horæ momento,  
alterius negotiatoris nundinas adit. Extra-  
ctoq; triente, quasi aliquid negotiaturus, collo-  
qui cum socio cœpit. Erat autem sacculus ex  
pelle Phœnicea, sicut his manu gestare mos est:  
& ecce subito adueniens milius rapit eum pedi-  
bus atq; discerpere tentat, putans a colore par-  
tem aliquam carnis esse. Sed cum nihil pingue-  
dines sentiret in eo, enolans super alueum Ara-  
ris, de quo hic aquas hauiens vino miscuerat,

*taxatum*

laxatum sacculū deicuit in flumen. At ille, ap-  
 prehensis capillis, elidens se ad terram, spargensq;  
 puluerem super caput aiebat: Vnde mihi, qui ju-  
 dicio Dei oppressus perdidis pecuniam, qua ini-  
 què fuerat aggregata. Nam ex uno triente cen-  
 tum erexi solidos. Nunc perditis centum soli-  
 dis, unus tantum mihi remansit triens. Vnde mi-  
 hi, sicut feci, sic recepi: & qui nihil eos habui,  
 ad nihilum redijisse conspicio. Talis pecunia, dia-  
 bole, tua est, per tale lucrum deduxisti Deo in-  
 obedientes in Tartarum. Tale enim commercium  
 & in presenti damni notam ingerit, & in futu-  
 ro diversarum pœnarum genera parit. Vides  
 lector, 1. quò ducat lucri cupiditas? 2.  
 quas fraudes comminiscatur? 3. quas at-  
 tes doceat cauponantem? 4. Quàm citò  
 malè parta, malè dilabantur? 5. Sed &  
 quanta benignitate Deus iniusta lucra au-  
 ferat? iustum trientem solum relinquat?  
 6. Quàm utile sit iudicia Dei agnoscere,  
 atque æquo animo ferre? 7. Denique in-  
 famiæ notam, & Tartari pœnam, quæ se-  
 quitur eos, qui malis artibus volunt diuites  
 fieri: illi enim incident in tentationem, & la-  
 queum diaboli, qui irretitos trahit in exi-  
 tiuum sempiternum,

1. Tim:  
 6. 9.

CAPVT